



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

caput decimum octavum. Quomodo quisque novam sibi religionem
fabricare instituerit: & quam miseris modis Catholici oppressi sint &
decepti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

singularis ille fuerit protector. Sed hæc ego pluribus hoc loco ventilare nolo, utpote in Antichristo meo satis superque discussa qui si quibusdam forte ignotus sit, is vel ex his paucis Chytræi delirantis nectas animadvertere. 1. quod Beatus Gregorius de nullo statu Ecclesiastico decidit, sed per minora Ecclesiæ officia & Gradus euectus ad supremum apicem in eo permanens constantissime, obierit: Lutherus contra ascriptus in ordinem & Doctorem Theologiæ & ab ordine suo in sæcularem vitam & à Theologia Veteri desciverit in novam à se excogitatam. Secundo quod Beatus Gregorius claves habuerit, ipso adversario confitente, nempe Scientiæ, & Jurisdictionis Lutherus autem clavem Solius Scientiæ, sine omni Jurisdictione. Tertio quod Beatus Gregorius claves quas semel acceperat, non mutaverit, Lutherus vero quod acceperat traditum mutaverit, ut ex utriusque vita & actis collatis elucet. 4. Quod Fumus nullus ex S. Gregorij doctrina vel actus securus sit, quo obscuratus sit splendor gloriæ Christi vel Ecclesiæ, quia per illum etiam Anglia ad Fidem Christi accessit. At per Lutherum ut ex 100 hæresibus ex eo natis supraliquet & gloria Christi per septentrionem amminuta est & Ecclesia excisa. Locustas vero esse monachos & sacerdotes, id pro ea parte, qua illi uti Lutherus, Calvinusque, Zyvingliusque defecerunt ab ordine suo verum dicit Chytræus, qua vero parte Monachi & sacerdotes propositum Fidei & professionis suæ tenuerunt, non Locustæ sane fuerunt sed meliores in agro Domini, è quo manipulos Gentium, ex Anglia, Scotia, Indiaque tota, in horreum Domini, ad stuporem comportarunt. Quod vero hunc, omnium qui post Apostolos fuerunt maximum & sanctissimum Pontificem hæretici venenatis calumniarum telis porissimum impetant, causa est quod ordo & ceremoniæ Ecclesiasticæ, quæ Italia à Gothis & Vandalis vastata, non nihil labefactatæ fuerant, ab eo sint restauratæ. Ea enim tempestate nostris temporibus simillima, omnes libri Ecclesiastici quos nãcile illi poterant, ab hæreticis combusti, & altaria destructa erant & in pulverem redacta: quæ omnia optimus & sanctissimus ille Pontifex restauravit, atque Ecclesiam pristino nitore restituit, fidemque longe in Insulas propagavit, gentiles convertit: Ipsi Centuriatores (a) fatentur, ab hoc divini Verbi doctrinam, adeoque ipsam

Christianitatem, qua hæresi iam manus datura videbatur, fuisse conservatam. Tanta scilicet tamque admitabilis veritatis vis est, ut vel ab iavitis, quam cupit, confessionem extorqueat.

QUOMODO QUISQUE NOVAM
sibi religionem fabricare instituerit:
& quam miseris modis Catholicis oppressi sint
& decepti.

CAPITULUM XVIII.

ARGUMENTUM.

- I. Lutherus tantam novorum Doctorum multitudinem à schola sua progressam videns, stupore defixus.
- II. Unusquisque novæ sectæ vult haberi auctor.
- III. Laici Concilia indicunt.
- IV. Quarela Centuriatorum de magistratu populari.
- V. Quomodo primi Lutherani Catholicos aggressi sint.
- VI. Maior pars Catholicorum tum male instructa ad refutandos adversarios.

LUTHERUS tot novas quotidie emergentes opiniones, tot novas sectas nascentes, & Sacramentariorum præsertim sectam mirum in modum auctam, ac quotidie à sua schola Novum Novæ Doctrinæ Auctorem procedentem videns, valde animo angebatur, immoderatus rebus suis pæne desperare incipiebat. Præter enim eas sectas quas veluti digito supra indicavimus, una ipsius propriissima secta triginta quatuor diversis opinionibus erat distracta & velut Triginta capitum fetus enixa incebat, ut Bredebachius scribit vel ut alij multo plures, nempe ducenta, quæ singulæ suos habuerunt assertores atque asseclas. Siquidem Nonaginta solum hæreses reperit D. Augustinus à Christi tempore ad tuam ætatem, annis 400, & Nicolaus

a Cens. 6. cap. 10. pag. 979. & 680.

Iaus Sanderus (a) ab ætate Augustini centum
 offoginta & unam. at à Lutheri apollastia An. 1517.
 cæpta ad Annum 1595 Stanislaus Reclus (b) &
 alij (b) ec. implem; est iterum exactissime quod
 scripsit Epiphanius (c) Sicuti post olim centima-
 num Briareum, aut Argum centum oculos habentem
 confinxerunt; sic omnes huius temporis hæretici
 in corpus centum capita habens se ipsos efforma-
 runt, & qualibet horum cupiens sibi ipse principatum
 constituere, caput nominavit se ipsum, aliam ac fu-
 riosam introducens doctrinam, præter Præceptorum
 suorum vanum laborem. qui omnes tamen, uti
 de Gnosticis scripsit Irenæus (d) suam do-
 ctrinam Veritatis vocitans Evangelium. Neque enim
 Plinio recte, vltum tam impudens est mendacium,
 quod non assertorem aliquem; neque tam absur-
 dum deliramentum, ut apud Varronem est, quod non
 defensorem inveniat. Forus igitur non in stuporem
 tantum, sed furorem quoque versus, quod
 vix à se capti ædificij ruinas iam & rudera vi-
 deret Lutherus apud intimos amicos hanc suam
 infelicitatem non semel deploravit. Ad Norim-
 bergenses scribens, (e) Rem ait, mirandam esse ac
 læchrymis dignam, quod multa urbes tantum Euange-
 lij desiderium præferant, ut devoratura illud videan-
 tur, eidem tamen portas atque aditus omnes ocludant.
 Quotopere vero novarum indicium nascencium o-
 pinionum multitudo animum eius perturbauerit,
 scripta eius passim testantur. Sathanas, inquit quodam
 loco, (f) hanc prærogativam habet, ut tam inep-
 ta vel absurda doctrina excogitari non possit, quæ non
 statim à multis arripitur ac mordicus defendatur
 nec vltus tam crassus est error, quin nugatoris aut
 excrebrati alienius calculo comprobetur; immo quanto
 quidque ineptius est atque absurdius, tanto facilius tan-
 toque à pluribus recipitur atque approbatur. Hoc nobis
 Germanis vitium innatum est, ut novis rebus semper
 inhiamus & quibus si quis interdiceret nobis vellet, ad in-
 saniam nos & furorem indigni; at eadem si libere nobis
 permittantur, max fastidita prioribus, magis aliquid
 novum optabimus. Ego etiam si centum annos vixero,
 nullum tamen quietis in Christiana Republica consti-
 tuendæ spem video. Adeo diabolus vinculis solutus
 ubique tumultuatur. Nihil aliud cupio, quam ex se-
 culo quamprimum exire. nimirum videns sua culpa
 puteum abyssi aperire exhalare tam tetros fumos,
 ut ipsi auctori oculi dolerent. Inde dignum hoc,
 eius qui tantorum omnium malorum auctor fuit,
 votum, quidam verò ita voveret

conscientia vulnerata traditione tam copiosi
 Sanguinis in perditionem deiectionem tum enim
 Lutherus Evangelij sui ruinam facile prospicie-
 bat. Hanc ipse sibi prædixit: ut in Commentarijs
 super Genesim, postremo ipsius, Anno M D. XLIV.
 edito feru, legere est, vbi vaticinatur, postquam
 decesserit, doctrina sua eam fore conditionem, ut ad
 eam conseruandam vix vlla satis futura sint au-
 xilia. Caluinius sane gloriatur, (f) se plusquam
 ter centum animarum millia à Luthero abstra-
 xisse. quid non alij, si per singulos incatur
 ratio, sectarum principes, Lutherum secuti,
 sed supplantatores patris sui! Idem Lutherus
 Commentarijs super Epistolam ad Galatas (quæ
 verba tamquam oraculum discipuli eius nota-
 runt) inquit, Multos ambitionis studio sese eleuatu-
 ros, ac sub pietatis prætextu peruersam doctrinam al-
 laturos, & intra breue tempus omne id quod tam lon-
 go tempore ac tantis laboribus ab ipso edificatum sit,
 euersuros. O vatem iam non vanum, & suæ ipsius
 ruinae verum prophetam! Veruntamen idem
 propheta non videretur fuisse magnæ memoriæ,
 utpote qui Tom. II. editionis Anno M D. XLVIII.
 antea scripserat: Quod doceo & quod scribo, in æter-
 num manebit, etiam si tota Mundi dissoluatur ac dissi-
 peretur machina. Sed nihil peius eum habuit quam
 quod se qui initio tamquam Germaniæ Aposto-
 lus primum inter omnes locum habuit, postea
 multis alijs posthabitu & ad infima fere subsella
 reductum vidit. Zuinglius, Oecolampadius, Cal-
 uinius, Bucerus, Melancthon, & Martyr, (aiunt
 illi qui contra Lutheranam Concediam scripse-
 runt) multo meliores Theologi fuerunt quam Luth-
 erus. Centuriatores quidem Lutherum strenue
 defendunt; sed is ab alijs multo acrius oppugna-
 tur. Xylander Prædicans, eiurato Lutheranismò,
 Non dubium esse, inquit, quin si Gamalielis consilio,
 ad quod Lutherus iam olim cum doctrina sua prouoca-
 uerat, obtemperetur, breui appariturum sit, Lutheri
 doctri-

a lib. de Visibili monarchia. b in Centurijs
 c Anatomia Eccl. Cathol. Fr. 1. d lib. 1. Hæres. 36.
 e libo 3. contra Hæres. cap. vi. f Super Psalm. or.
 g Lib. quod hæc verba Christi, & lib. de Cæna
 aduersus Zuinglium h Cals. in vlt. admo. ad
 Westph. pag. 194. & 233. Hist. de Cæn. Aug.
 fol. 380. i Fol. 69. Xylander à Lutheranismò con-
 uersus.

doctrinam non à Dei spiritu sed ex hominibus esse. Eoque sperandum, doctrinam hanc in hominum natam ce-
 rebri, brevis rursus interituram; præsertim quum inter-
 sio schismate & dissensionibus vires huius sectæ adeo
 debilitata sint, ut nihil quam propinqua eius ruina ex-
 spectari possit. Et hunc quidem metum etiam Cen-
 turatores omnibus fere paginis ostendunt: nec
 mirum, ita enim B. Joannes Apostolus in Apoca-
 lypsi sua cap. 9. in Prophetia de Locustis prædixit,
 quod nempe eos in quos potestatem non accepe-
 runt seducendo & inficiendo, cruciabat mensibus
 quinque, quos menses si ad Lunares referamus
 cursus aut solares, iam pridem absolutos videmus,
 cum vero adhuc dum crucient fideles, tempus id
 utique Maiora spatia nempe Saturnia erit referen-
 dum, ut singuli de mensibus quinque 30. ferre anno-
 rum spatium conceperant, quo posito cum quinque
 30. periodi Saturnij sideris sint CL. annorum decur-
 sus, & Lutherus Anno 1517. exeunte occupent
 Catholicos cruciate, opinari licebit non absque ali-
 qua ratione adiectis ad eum anni numerum an-
 nis prædictis, CL. interitum Luthericæ sectæ ad
 Annum 1667. instare.

II. Nec mirū sane est, singulos novorū istorum
 Evangelistarū suis veluti classicum cecinisse. Post
 primarij enim ipsorum Magistri apostasiam unuf-
 quisque à Saturniano & melancholico suo ingenio
 sectam sibi formabat; quisque in sua officina
 ad suum modulum Deum sibi fingebat, ut merito
 exclamare possimus: vel cum Scriptura (a) secundū
 numerum civitatum suarum, O Septentrio, erant Dij
 tui. Et unaquaque gens fabricata est Deum suum. vel
 cum poëta; Heu mihi, quot Fidibus, luditur una fides,
 vel. Hei mihi, quam varia demon mortalis arte
 Illudit, cæco mentes agit atq; furore!
 Nullus ut in totorū detestabilis error
 Orbesiet, quæ non hominū pars magna sequatur.

Rationem huius calamitatis bene Lutherus ipse
 vidit, inquiens. (b) Violata Ecclesia concordia atque
 unitate, dissensionum nullus est finis. Sacramentarij pri-
 mum à nobis exierunt, deinde Anabaptista, qui tamen
 longe inter se dissident. Sic una secta provocat alteram,
 & una alteram condemnat. Cessante unitate, in infinitū
 procedit numerum. Mathematici dicunt; sic disturbata
 Ecclesia unitate, erroribus aditum præcludere impossibile
 est. O quo vis alio quam hæterico, & quidem hæ-
 retarcha Lutherō dignam sententiam! An quis
 quam putet hanc in eodem pectore in quo tot ab-
 surdæ opiniones, natam; & ab eodem ore quo tot
 blasphemiarum, prolatam? Circumferuntur versus a-

liquot; Lutheri fortunam suam lamentantis pre-
 sonam representantes; quos ut lectu dignos & in-
 tellectu faciles adscribo. Sic vero in eis loquitur
 Lutherus:

Si qua mihi iustas expressit causa querelas,
 Heu nunc præ cunctis digna querela venie.
 Ille ego qui quondam famâ super æthera notus,
 Nunc me vix aliqua gloria parte manet.
 Omnia Calvinus rapuit, totumque per orbem
 Illita vipereo dogmata felle serit.
 Tu quoque dilectos inter pars prima Melanchthon,
 Qui mihi præ cunctis fidus amicus eras,
 Diceris extremâ liquisse in morte Lutherum,
 In nova Calvinî dogmata falsaruens:
 Hic ubi pallentes pervenit rumor ad umbras,
 Heu mea concussit quam gravis ossa dolor:
 Hinc Anabaptista, Smidelinus, Brentius, & qui
 Musculus exigui nomina muris habet,
 Gallus, & Illyricus, nuper quoque missus ad Orcum
 Zuinglius, & reliqui tuba profana vident.
 At ego, qui quondam doctor, primusque magister,
 Quisque huic discipulis semina prima dedi:
 Heu miser ignotas profugus compellor adoras,
 Vixque aliqua nomen parte Lutherus habet.
 Quamq; ego venabar laudem famamq; decusq;
 Hei modo discipuli cuncta tulere mei,
 Quos genui, quos hac peperit mihi lingua, manusque,
 Quorum præcipuus factor, & author eram.
 Hac promissa fides? pietas hac debita patris
 Heu mihi! quam pretium criste magister habet,
 Degeneres animi! genus execrabile mundo,
 Tempore percipies præmia digna tuo.
 Hæc ego vaticinor: Vates quoque vanus habebor,
 Nite, perfida gens, pœna parata manet.

III. Alia & prædictæ causæ proxima in infinitum
 multiplicandi hæreses fuit immanis licentia
 interpretandi scripturas sacras, à Luthero inchoata
 pro arbitrio, & alijs omnibus communicata. Et
 hoc potissimum videtur indicari per apertionem pu-
 tæi abyssalis in Apocalypsi. Siquidem sacra scriptu-
 ra vere est abyssus, in qua à diebus Moysis usque
 modo quatuor annorū millibus ingenium huma-
 num eminentissimorū ingeniorum laborat, fodit
 & mendicat, & nondum fundum pervidere potest.
 Placuit valde iudi populo, quod ipsi sine scholarū
 impensa & labore à Luthero crearentur Doctores
 Sacro Sanctæ Theologiæ ac Scripturarum, & usus
 est potestate docendi accepta à Luthero, & inter-

pre-
 a Jerem. 2. & 4; Reg. 17. b Luth. Tom 5. cap. 5. ad Cal.

pretandi, & iudicandi, & hæc scripturam interpretandi & ad quemvis sensum derorquendi licentia multis civitatibus ansam dedit. Conventus agendi, religioni quam vellent formam inducendi, & qui placerent Pastores vocandi, falsa illa divini verbi moneta turpiter deceptis. Neque enim lupos à canibus discernere sciebant; quum utriusque eisdem fere pilos, eandem magnitudinem, multaque alia similia, sed diversas admodum naturas habeant & mores. Hinc scite Epictetus multos ait, rapacibus lupis aditum ad se dare, eo quod fidei canibus similes videantur. In conventibus vero illis nemo postremus esse volebat, (a) sed suam quisque prænuñciabat sententiam: ut recte Lutherus dixerit, eò rem rediisse ut Prædicantibus nihil amplius opus sit. (b) Numquemque enim sibi ipsi legem præscribere. Ac licet porci sint, vivant ut porci, & ut porci moriantur; omnes tamen magis quam ipse Christus Evangelicos videri velle. Sic ille de suæ sectæ hominibus loquitur. Er Centuriatores, ô miseros, exclamant (c) qui quam hodie pro vera receperunt doctrinam, cras tamquam falsam reprobant; & hæresim appellat quod paulo ante tamquam ipsam Veritatem fuerant amplexi. Sed, quæso te, Luther: annon in mentem tibi venit quod tuos auditores ac discipulos ipse docuisti, inquiens. (d) Magistratum impedit non debere quominus unusquisque credat & doceat quod bonum ipsi videtur, & vel veritatem vel mendacium amplectatur. Christum Episcopis, Doctoribus & Conciliis de religione iudicandi potestatem abstulisse, & omnibus dedisse Christianis, nempe Ioannis X. capite. Hanc eandem Lutheri doctrinam discipuli quoque eius professi sunt. Ex horum numero quidam non postremus, (e) Concilium, ait, ad decidendas religionis controversias expectandum non esse. Possit unusquemque de doctrina iudicare, falsam damnare, & veram amplecti. Potestatem hanc omnibus sive doctis sive indoctis, sive laicis sive Sacerdotibus, sive Theologis sive politicis, ab ipso Deo esse concessam, ita tamen ut id fiat iuxta infallibilem divini Verbi normam. Sed dic mihi, mi homo, quis illud dijudicabit & tibi indicabit, ô homo natura cæce, utrum norma illa recte adhibeatur? & utrum ad perpendiculum exacte directa sit, vel minus? imo unde scies hoc quod adhibes uti normam, verè esse normam illam sive verbum Dei genuinum? & deinde, te eius germanum sensum tenere? Si cum Luthero dixeris: certus sum, clarum est: dic etiam cum eodem, Ego iudicium Dei super doctrinam meam portare nolo; spero quod sit bona, Et quid facies in iudicio Dei si non sit bo-

na, tute enim iudicem te fecisti? & Doctorem constituisti, Ducem cæcorum, ad quos ducendos non es missus legatus. *VI.* Huius porro novitæ Ecclesiæ Prælati (paucis exceptis apostatis) fuerunt aut equites, aut mercatores, aut opifices, aut alterius è plebe conditionis: qui tamen certis distincti gradibus & titulis, ad Synodos vocantur. Mos enim hæreticis semper fuit, in aibus dignitatis & gloriæ cuiusdam titulis eos qui se ipsi adiunxerint, ornare, ut ceteros ambitione alliciant, quos veritate ad se pertrahere non possunt: Recte Tertullianus; *In rebellium castris esse, idem est, inquit, ac merere.* In his vero Lutheranorum conventibus ipsi. Principes aliquando præfuderunt, quorum plures summorum Pontificum in sua ditione auctoritatem vindicabant sibi atque usurpabant. Saxoniarum Dux tot tamque diversas religiones in regionibus suis pullulare videns, quatuor Visitatores constituit, qui Ecclesias passim inspicerent, & religionem ordinarent. Ex his duo erant ex æquestri ordine, tertius Legum erat Doctor, Hieronymus Schurffius, & quartus artium Magister, Philippus Melancthon, qui cum in Theologia studio parum adhuc profecerat. Facta enim hæc est visitatio An. MDXXXVI. Hi oppidatim ac villatim circumcuntes, ridicule satis Pastores aliosque ecclesiarum ministros examinabant, novam doctrinam & formam quam ipsi nesciebant præscribebant: & novi passim ab ipsis Doctores constituti novas quoque doctrinas proponebant. Et quemadmodum primi Mahumetismi auctores (quæ hæresis apud Christianos nata est) religionem quandam comminisci voluerunt quæ inter Judaicam & Christianam esset intermedia? sic etiam Visitatores hi novam quandam Dei colendi ac credendi formam Saxonibus proseripserunt, reteris quibusdam Catholicæ religionis dogmatis, & ceremonijs, & quibusdam è Lutherana admistis. Tum etiam Catholici qui in maiorum suorum religione perstabant, expulsi: Lutherani vero cetero qui admodum pertinaces, formam hanc religionis intermediam sequi coacti sunt. De Visitazione hac Melancthon librum publicavit, & Christianæ

Cc Fidei

a Vide Historias Colloquiorum, Synodorum, Conventuum &c. in Vlenbergio Vita Lutheri, Melanct. Maioris, Osandri. Anatomiam Ecl. Cathol. Tract. 2. b In Enarr. in cap. 15. Corinth. Tom. 5. in Matth. cap. 8. c Cent. 9. in Præfat. d Tom. 3. fol. 15. e Schuffelb. de Synod. cog. lib. 2. Art. 15.

Fidei articulos xx præscripsit, additò mandato ut populus in ijs instrueretur. His postea Lutherus quoque manum admovit, pro lubitu suo addens, detrahens, mutans quod visum fuerat, ut legere est apud Cochläum. Hic tum quidem in Germania religionis seras status, quum Novi isti homines magistratus auctoritate abusi, & conscientias suis regulis astringebant, & novam passim Ecclesiarum formam introducebant, Catechismis Lutheri præscriptis. Id quod Centuriatores (a) & Zuinglius (b) multis in locis testantur. *Magistratus, inquit, politici, aut etiam eorum ministri censorio quodam supercilio novam religionis formam præscribunt, & non minus imperiose quam Romanus Pontifex oberuunt.* Exstant multorum hac de re querelæ, ac præcipue Melanchthonis, qui in Præfatione quæ Corpori doctrinæ præfixa est, Nos, inquit, *Romani iugum Pontificis, quod deligno fuit, abiecit; contra vero istorum hominum iugo quod de ferro est, collum subdidimus. Ve vero politici magistratus sua auctoritate prædicantes passim constituabant, ita eosdem quoque pro lubitu exauctorabant.* Sic non ita pridem Christophorus Budnerus à senatu Ratisbonensi res suas habere iustus fuit, quod de usuris aliter quam ipsis placebat, sentiret, ac doceret. Et Concionatores Magdeburgenses & Augustani, quamvis alias ob causas, simili modo tractati sunt. Omnia Episcopis & Theologis è laicorum ordine plena erant: qui absoluta quadam auctoritate de religionis controversijs pronuntiabant. Vulgus interea Biblia in vernaculam linguam versa circumferebat: omnibus ab acis ac mensis imposita ea videre erat. Biblia officines in officinis suis, Biblia feminae genibus suis imposita. Totus Mundus Bibliorum lectione detinebatur. Lutherani, Zuingliani, Anabaptistæ, Antitrinitarii non magis sine Biblijs quam sine indusio erant. Ex indoctissimis repete eruditi ac quasi *Deodidax* fiebant: si pro eruditione illud habendum est; quod quis plurima s. scripturæ ac loca memoriâ comprehensa allegare potest: Eius, inquam, scripturæ, quæ Lycophronis Cassandrâ intellectu est difficilior; in cuius vero sensu investigando quilibet fuit occupatus, adeo ut coci quoque hoc sibi muneri sumerent, immo fures & latrones: ut fuit Joannes quidam Stolzius qui An. MDLIV. Argentorati furti convictus, (c) & abscissis auriculis relegatus, non procul à Spira deinde Lutheranam religionem docuit, ex mutilatis auriculis tandem quis

esset agnitus, didicerat enim in catasta Luthericè confectionari, nempe sine bonis operibus sola fide hominem iustificari.

D Hieronymus non minus exquisita eruditione quam vitæ sanctitate præstantissimus, Perij Satyrici Poetæ scripta non intelligere se fatetur: & hi nostri homines, ut plurimum virijs tori dediti, tamq; crassa ignorantia & involuti, ut ne minimæ quidem ex profano auctore petita rei, possint rationem reddere, omni linguarû cognitione destituti, ac ne suam quidem recte intelligentes, secretorum divino verbo re velatorum cognitionem sibi arrogant, & de gravissimis questionibus (quas divina sapientia interdum altis & magnificis, interdum simplicibus & quasi frigidis verbis, quorû intellectus tamen arduus est, & à vulgaribus ingenijs non minus quàm à cælum à terra remotus est, in scriptura nobis proponit) iudicandi partes sibi sumant: Digni scilicet hi sunt divini verbi præcones atq; interpretes, digni SS: Theologiæ Doctores, omnium sententiarum maxime admirabilis, super naturalis, & nemini nisi cuius animus omnibus cupiditatibus & affectibus purgatus ac totus contemplationi deditus sit, comprehensibilis. Sicigitur singuli ex novis Evangelistis cum Biblijs quod quisque vellet reddere licentiam circumferebat. Omnia miscere ac confundere ludus illis erat ac iocus. *Fuerunt, Erasmo teste, & quidem è primarijs, qui Paschatis tempore de Christi natiuitate, & vicissim die Natali Domini de Resurrectione ad populum verba facerent.* Omnes Spiritu sancto seu paraceto gloriabantur, omnes, etiam opifices ad ipsa Theologiæ adyta penetrare, omniaque eius mysteria expiscari se posse credebant. Quasi vero luscitios vel cæci potius vulgi oculi, divini splendoris radios ferre possint, qui etiam aquilas talpa cæciores reddit.

V His libris amati sectarij, si quando in sacerdotem aut Ecclesiastici ordinis hominem incidissent, statim cum eis expostulabant: alius Missam in sacra Scriptura, alius Purgatorium, alius Pædobaptismum, alius Trinitatem sibi monstrari, omnes deniq; religionis articulos expressis verbis probari volebat, posthabitis Verbo Dei non scripto, & Apostolicis Traditionibus per tot sæcula à maiorib; ad nos derivatis, & communi Christianorû consensu receptis hætenus atq; approbatis. Hæresiarcha enim Lutherus docueat, *solam scripturam*

a. Cent. 7. in Præfa. b. Zuingl. in Ecclesi. c. Rescius de Atheij. Sac. erat.

cuius explicationem omnibus permittebat, omnium controuersiarum religionis esse iudicem: quod axioma, reuera Eridis pomum, ab omnibus hæreticis qui unquam fuerunt, assertum fuit ac propugnatum. Sed errorem suum Lutherus postea agnouit, ac sero, sed sero cū Phrygius deplorauit, adeo ut S. Scripturæ auctoritatem ab omnibus etiam stolidis & fungis usurpari atque inculcari videns, sæpe dixerit, eorum rediisse, ut Euangelium seu S. Scriptura *Hæreticorum Liber* merito appellari debeat. *Quid hoc?* inquit sexennio postquam sectam suam condiderat. *Agriicola qui olim in simplicitate viuere solebat, iam scripturam ipsi legere præsumunt, adeoque concionatoribus nihil opus se habere dicunt: quippe qui scripturam suo marte sine interprete facile possint intelligere.* Idem Waldenses olim fecisse proditum est, inter quos etiam femina scripturas tractabant, immo suggestu confesso, docendi ac publicas theses disputandi munus usurpabant. A scriptoribus nonnullis Vrsulæ cuiusdam è Lutheri schola progressæ nomen celebrabatur, quæ eò temeritatis ac dementiæ peruenit, ut pauperibus rusticanis hominibus non concionaretur tantum, verum etiam Sacramenta ministraret ut Manlius in Locis communibus testatur. Et alia quædam femina Zellia nomine, Argentoratensis, contra Vimensem Prædicantem librum scripsit, in quo Lutherum, Philippum & Capitonem *Antiquos Patres* appellat. Sed quidni femina ita agerent, cum ipse Lutherus (u) qui sexui huic tantopore à se amato ubicumque potuit semper gratificatus fuerat, nec cucullum tantum, sed animam quoque immolauerat, posthabita D. Pauli auctoritate, feminis hanc potestatem concedit, inquitens quodam loco, *In locis ubi femina tantum habitent, ut in Monacharum seu Deo dicatarum Virginum Conuentibus, unam eligi posse qua ceteris concionetur; & per consequens etiã, ut diem alibi dicit, qua baptizet, Confessiones audiat, & absoluat, &c.* Ecce Nouas vobis, ô Christiani, sacerdotes cum Nouo Euangelio. Hic non dubito quin lectori in mentem veniat illud quod Tertullianus sui sæculi hæreticis exprobat, inquitens: *In vera religione non esse permillum feminis loqui in Ecclesia, ut nec offerre, aut vili sibi virile, nedum sacerdotale munus vindicare.* Etcum quidem, ac semper etiam postea noui isti Euangelici in omni quæstione simplicium aures istis verbis obuerberabant: *ubi hoc scriptum est? ubi expressum Dei hac de re existat mandatum? ne minimum*

quidem verbo Dei non scripto, antiquorum Ecclesiæ Doctorum interpretationibus comprehenso & conseruato, tribuentes quod si Catholicus in scripturis non adeo exercitatus, his Nouis Euangelistis, & *Vbi scriptum*, quærentibus occurrere non audebat, Videbas illico leonum instar ferocire Bibliistas, & lacere papam, Episcopos, sacerdotes, & vsque in abyssum omnes præcipitare; si vero cordatus & in Lege exercitatus apparebat, qui, *Vbi scriptum sit*, norat & ostendebat, ex. gr. de Missa Apostolorum tempore usurpata ex Act. 13. citaretque pro ea Græcum textum $\lambda\iota\tau\upsilon\rho\gamma\delta\cdot\tau\omega\nu\ \delta\epsilon\ \acute{\alpha}\upsilon\tau\omega\nu\ \chi\ \nu\eta\sigma\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\nu\lambda\omega\nu$, & omissa versione vulgata, & Patrum, apponeret versionem amicissimi ipsorum Erasmi Roterodami talem: *Cum autem illi sacrificarent Domino ieiunarentque, & ex Lutero Germaniam adijceret translationem* *Das sie dem Herrn dieneren und fasteten* (siquidem apud Germanos hodie dum *Liturgia*, Græc. est *Missæ* Latinorum ipsis nominatur *Dei Gottesdienst*) tum confusio operiebat Nouos Euangelistas, si nondum satis in schola impudentiæ erant exercitati, aiebantque se sophisticien auersarij, velle se cum simplicibus conuersari &c. Aut si effrontes erant, alium seosum illis verbis subesse fingebant, dicentes *illud Ministrare, sacrificare, Liturgiamque esse orare, concionari* insigni iterum fraude, doloque, nisi Catholicus hic iterum esset cautus, aduersus dolos, sciretque replicare, dicendo: *Vtique Apostolorum illud sacrificare erat orare & concionari: bene dicit, Nove Euangelista, nam Missam facere omnino est præstantissima oratio, vti altissimi montes sunt montes Dei, & erat utique etiam concionari, nam Missæ est annuntiatio exhibitioque totius vitæ & passionis Domini, in publico fidelium Conuentu. Hoc vere dixisti. Sed in hoc fallaciter egisti, quod me ostendente speciem orationis & concionis summa, me voluisti vocare ad genus quasi asserta specie, non asseruissim genus; In hoc malum genus egisti Simili modo in ceteris controuersijs procedendo fieri contingebat, maiore minoreve strage animarum, prout imperitum aut imperitum Catholicum Noui Doctores incidissent, in quibus uniuersim perpendendum: omnes hæreses inde ortas, quod quisque Scriptura*

Cc 2

litte-

t De abrog. Miss Tom. 5. in 1. Pet. fol. 445. u Nas. cent. 2. Ref. de Atheis. Luth. de inst. min. Eccles. fol. 309.

iteram excusandi licentiam sibi sumebat, veri inter im-
sensum, inuestigatione neglecta, qui non nisi in Ecclesia
reperiri potest, quique ab ijs peti debet quibus diuinitus
datum est religionis mysteria interpretari. Hinc Ra-
bini dicunt, tabulas illas in quibus Deus legem
Mosi dedit, vno contextu ita fuisse perscriptas vt
nulla distinctio, nulla syllabarum separatio appa-
ruerit, forte etiã ita transparentes, vt ab vnoquo-
que à dexteris, à sinistris, supernè, infernè, recto
atque inuerso ordine legi potuerit; quam
tamen intellectum Deus soli Mosi tamquam fi-
deli suo interpreti & Secretario reseruauit atque
reuelauit.

VI. Dum ita Noui Christiani, Nouam fidem
mordicus amplexi, Scripturam legunt ac relegunt,
& ad suum sensum interpretantur Catholicici
multi Deum prisco ritu colentes & in primitiua
illa viuentes simplicitate, importunis illis Noua-
gortibus antiquam fidem in dubium vocantibus,
vix quod responderent habebant; nisi quod eos
ad Pastores & Sacerdotes suos ablegabant, vt qui-
bus docendi munus diuinitus esset commissum
(x) cum mandato vt fideles ipsos tamquam diui-
norum oraculorum interpretes audiant ac reue-
reantur, eorumque præceptis obediant. Hoc vero
per incommode Catholicæ religioni accidebat,
quod ex hoc ipso ordine Ecclesiastico, in Germa-
nia præsertim plerique Christianæ fidei articulos
obiter tantum scire contenti, ingenia sua spinosis
& extra hæresum tempora, non necessarijs qua-
stionibus haud fatigabant: vt quomodo in Trinitate
alius esset atque alius & non aliud atque aliud; in Iesu
Christo vero aliud atque aliud, & non alius atque alius.
(Alia enim res est essentia diuinitatis, & alia huma-
nitas; ipsa tamen deitas atque humanitas alius atque
alius non est, sed vnus solus idemque Iesus Christus,
seu vna sola eademque persona) Item, quomodo Spiritus
Sanctus procedens à Patre & Filio, Filius non sit, vt qui
Patri vnum substantia & natura procedat, & quem
ille aque ac filius representat. Quomodo corpus Iesus
Christi ubique non sit, quum tamen diuina natura, qua
solum Filius incarnari potuerit, qui tamen inseparabili-
ter cum Patre vnus est, & cum eo vnus idemque est
Deus. Quomodo realis communicatio idiomaticum respec-
tu duarum Naturarum in Christo, non sit origo vni-
us hypostatica. Quomodo vni-hypostatica non consistat
vanum in communicatione diuinarum proprietatum
cum humanitate, si Natura diuina humanam non as-
sumpsisset, sua substantia nudam. Quomodo Præde-

stinatio cum libero Arbitrio possit conciliari. Quomodo
in Eucharistia accidentia esse possint sine subiecto, ma-
teria panis & vini in nihilum redacta, aut in Christi
corpore per conuersionem mutata. Virum corpus Christi
in substantiam eius qui id recipit mutetur; aut virum
species ille vim habeant corpus nostrum sustentandi &
alendi. Hæc inquam, & similia tum inter schola-
sticos disceptabantur, sed ad importunas Arria-
norum, Antitrinitariorum, Samosatencianorum,
Lutheranorum & Zuinglianorum, omnia hinc in-
de tentantium, quæstiones pauci expedire & suf-
ficienter poterant respondere. Quin plerique et-
iam opibus quas longa pax Ecclesiæ attulerat,
quasi indormiebant, suisque officijs sequitis
fungebantur. Tum vaticinium illud Prophetæ
Amos impletum fuit, *Famem non panis & vini, sed di-
uini verbi Mûndo minantis.* Imo tempus illud erat de
quo Esaias dicit, *Sacerdotes æque ac simplicem popu-
lum rudes fore atque ignorantes.* Eadem tum quæ an-
tiquæ illi Ston, apud Ieremiam Prophetam ruina
Ecclesiæ impendebat. Plerique in Germania
Christiani & Catholicici erant tantum imitatione
quadam, non scientia aut humilitate. Et quem-
admodum ij qui ducentis aut trecentis annis sine
impetitione Titulorum à maioribus acceptorum
tranquilla possessione vsi sunt, tam longi tempo-
ris præscriptionem ad ius suum probandum satis
esse putant, nec prisca & rubiginosa monumenta
excutere quidquam pensi habent; sic magna pars
Prælatorum & Ecclesiæ præfulum, antiqua sua
possessione contenti, suam vitam ducebant, pa-
rum interim de legendis sacris libris solliciti, do-
nec improviso super eos venit Tempestas & turbo
vti in diebus Noæ diluuium. O infortunati Ar-
chimedès, qui interea dum ciuitas vestra diripi-
tur, figuris in puluere describendis occupamini.
O canes culinæ potius quam custodiendo gregi
intenti, qui dum muti estis, ac mille & quadrin-
gentorum annorum possessioni ac præscriptioni
nimium fiditis, & oues lupo & vestram ipsorum
causam hostibus ferme prodidistis! Quid enim
de ignorantia, luxu & vitijs temporum illorum
dicam? quibus plerique immergi nihil aliud quam
ocium spectabant, & cuticulam suam tantum cu-
rabant. Nam quemadmodum corpora pulueri ac
soli exposita multisque laboribus exercitata om-
nes aëris iniurias facilius ferunt; delicate vero
habita & molliter educata etiam leuibus rebus,
quum

x-Matth. 28. Heb. 13. Luc. 20.

quum facile, eum grauitur, offenduntur: sic longa illa quies & felicitas in Ecclesiæ corpore multos præuos ac vitiosos humores peperit, e quibus deinde grauissimi morbi, symptomata, Febres & conuulsiones extiterunt, à quibus etiamnum Ecclesia nondum conualuit, quamuis à cælesti illo medico diuersis remedijs aliqua ex parte subleuata sit, & paullatim pristinae sanitati restituta & restituenda speretur elapsis s. illis à Ioanne prædictis mensibus. Tædium tamen abest, vt populus nouo illo Euangelio melior fuerit redditus, ut etiam indies magis magisque frænum vitiiis permiserit. Audi ipsius Lutheri testimonium. *Mundus*, inquit, *(y)* quotidie peior fit ac deterior. *Homines hodie magis auari, minus misericordes, minus modesti, magis incorrigibiles, in summa multo peiores quam olim in Papatu fuerunt.* Eundem dicere solitum Aurifaber testatur, reuelato Euangelio virtutem fuisse extinctam, oppressam iustitiam, profligatam temperantiam, veritatem à canibus quasi dilaceratam fidem concussam, omnemque religionem ac deuotionem ex hominum animis eiecitam. Quis fructus huius reformationis melius scire ac depingere nobis potuisset, quam hic ipse Mundi, si dijs placet, Reformator? siue causæ quam hoc loco tracto præiudicio, illud silentio præterite non possum quod hac ipsa de re ab Erasmo scriptum est *(z)* graphice nobis Noui Evangelij fructus depingente. *Multos*, inquit, *Lutheranos video; paucos Euangelicos. Aspice, quæso, hos homines, & tecum perpende, annon luxus, auaritia, & scorreatio magis inter illos uigeant quam apud eos quos illi detestantur. Vnum mihi commonstra qui Euangelio hoc melior factus sit. Atqui plures ego tibi monstrabo qui facti sint deteriores. Illud fortasse singulari quodam meo malo factum est, ut nullos ego uiderim qui non per Euangelium hoc peiores euaserint.* Audi etiam quid Isaacus Andreæ Smidelinus illæ Concordiæ (de

qua libro V. dicam) Lutheranae faber, eandem in sententiam scribat. *(a)* *Nostri, ait, homines, non pro Papistis habeantur, omnia bona opera continentium. Loco jejunijs, dies noctesque pergracantur. Pauperes non vestiunt, sed spoliant. Precationes in blasphemias uertunt. Nec inter Turcas quidem tanta reperitur impietas. Superbia humilitatis locum obtinet, nihil nisi ambitionem & fastum videre est. Quod si qui eos reprehendat, Euangelij statim reformationem obijciunt.*

Librum hunc prodigiosa Lutheranae cuiusdam feminae Lipsiensis historia concludam, quam Mablius in Locis communibus, & Rescius xxxiv. Miscellanea recensent. Hæc in Lutheri schola ac doctrina educata, clam cum filio incestus consuetudinem habuit, adeoque filiam ex ipso concepit, & clam ipso educari curauit: quam grandiusculam, filius amore eius perditus, uxorem accepit, atque ira eiusdem pater, frater & maritus factus est. Mater quæ sola id sciebat, iam morti vicina Lutherorem omnem aperit; Lutherus ad Theologos suos Wittebergenses refert: à quibus conclusum fuit, matrimonium hoc disturbandum non esse, nec ullam peccatrici illi pœnam imponendam, sed fidem tantum, cuius alis in cœlum euolare possit, inculcandam esse. Vides, opinor, beneuole Lector, quum ex hoc tum ex alijs, quæ istorum, qui Euangelicos se iactant, vita sit, utpote ex doctrina propria æstimanda. Sed operæ precium uideretur, vt ad communem omnium quos hoc secundo libro recensuimus, hæreticorum parentem redeamus, atque ostendamus quibus ille modis, ferro nimirum atque igne, Euangelium suum introduxerit atq; propagarit.

y In Pöstil. sup. 1. Dom. Aduent. Aurifaber. fol. 523.
z Eras. in spongia ad Huttenum. & Epist. ad Vulturinum Anno 1519. a Concord. 4. in cap. 22. Luca.

FINIS LIBRI SECVNDI.